

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XVIII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

ca Mederam pagum torrente delata , pisces , teste *Bauhino* , referunt . Tempore denique Ioannis Friderici E-  
lectoris Saxonie , lapis effosus , qui Christum crucifi-  
xum , Ioannem & Mariam adstantes repræsentabat .  
*Coler. de piscib. cap. 8.*

## C A P U T X V I I I .

D E Æ T I T E , E N H Y D R O ,  
Coticula & Pumice .

**A**TES lapis in diversis invenitur regionibus . In Misenorum regione tum maximè , cum torrentes ex assiduis imbris , terram eluent . Olet hic Violam ob muscum adhærentem . Habet in se lapilos sive calculos qui soluti conquassati sonant , Miseno plerunque adhærent ; quidam & terram habent , ut Hildesheimenses ; sed & autum , ut Cyptii . Qui lapillum in alvo continet , is ut Græci perhibent , sinistro gravidæ mulieris alligatus brachio , per quod à corde versus digitum annularem minimo proximum arteria decurrit , fecum ne lubricæ excidat matrici continet ; sinistro parturientis femori , ita eam adjuvat , ut sine dolotibus pariat , sed amoveri à partu debet ne uterus sequatur . Factum id in cuiusdam civis Valentini uxore . Francise . Valeriola L . r . Obser . 10 . Huic in partu alligatus , adminiculum fuit ; non abstractus , mors . Enhydros aquam in se continet . Absoluta est rotunditatis , in candore lavis , sed & ad motum fluctuat . Intus in eo velut in ovis liquor est . Quin & liquidum bitumen suavi interdum odoe , in axis tanquam in vasis conclusum reperitur . Ade Neapolи adamantem absoluta naturæ manu confectum in marmore inventum esse : ad Boëum Hispanie lapides nasci purissimi auti particulis gravidos . Bufonem vivum in medio sine ullo ingressu columbus invenit , sub Martino . V . Pontifice serpens repertus est . *Piccartus Orat. de Lusib. natura.* Coticula lapis est quo probatur aurum . Omnes tempore Theophrasti in Tmolo inveniebantur : in tivis Hildesheimiis

# F O S S I L I U M .

151

heimis hodie & Goseitanis. Inventarum partes quæ respiciunt, Solem meliores ad experimentum; deteriores, quæ terram. Illæ quippe sicciores: at ne auti agenti que recipiant colorem humor impedit. *Pumex* in iis quæ arserunt invenitur locis, ex terra excoctus vel lapide. Fistulas quia habet in quibus aët levis est & innatæ, & quia humore caret, non comburitur. Qui carant vina, in ferventis musti immittunt dolium, statimque fervor cessat. Potores in certamine bibendi eus se se farina muniunt, sed nisi immenso impleantur potu, periclitari Theophrastus testis. Coronidis loco in hoc capite sint lapides in mari Scotico reperti, qui cum sint diffissimi herbas tamen emitunt. Vnum adseravit in umbra Cardanus, qui per se ater, radiculos canticantes lapideas, & folia exigua virentia emisit pulcherrimo spectaculo.

## C A P U T X I X .

### DE LAPIDE VITRARIO & Speculario.

**L**apidum in ardente fornace fluentium tria sunt genera. Vnum gemmis translucidis simile: hinc & colorem illarum imitatur. Sola mollitudine discedit. Hujus genus est *Alabandicus*, qui liquatur igne, & ad vitri funditur usum. Secundum genus est illi non multum simile. Colores tot non habet. Tertium genus est lapidis vitræ. Hic & proprias habet venas. Annæbergi in metallo argentario, crucis repertus figura. Friberti verò qui simiæ effingebat lineamenta: Extra terram etiam ejus inveniuntur fragmenta: sed cursu aquarum aut sui aut alterius generis poliuntur attritu. Candidus lapis uritur, cribro secernitur, ex eo arenas, ex his conflantur vitra. Id genus arenas vitri fériles, Belus amnis, in radice Carmeli montis ortus in Phœnicio, inter Ptolemaidem coloniam & Tyrum urbem, ad littus desert marinum, quæ fluctibus voluntaræ, detritis nitescant sordibus. *Plinius l. 36. c. 26.*

Ca. 4.

Ea.